

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Resurrectio ac
cum uariis

Desinunt ista, non pereunt, et mors quam pertimescimus ac recusamus intermittit uitam,
non eripit. Veniet iterum qui nos in luce reponet dies. Equo animo debet redditurus exire.
Obserua orbem rerum in se remeancium. Estas abiit sed alter illam annus adducit;
hyemps cecidit, referant illam sui menses; solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget.

Seneca XXXVI. epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

pereunt] periunt C; et] etiam P V¹ V² L¹ L²; cecidit] occidit L¹ L²; referant] referent V² L¹ L²